Oparski arendat laskma-
niczki

per hoc violentiam fatiet et fatient inscribuntque se nihilominus predicti recognoscent cum successoribus in bonis suis omnibus presentem inscriptionem ex his actis Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim transferre et transportare sub vadio Mille Trecentorum florenorum pecunie monete et numeri polonice Pro quo quidem vadio succubito et succumbendo quod se prenominati recognoscent unus alteri citare promiserit successoresque ipsorum promiserunt tunc recedent ab omni suo proprio foro et competenti coram presenti Castrensi Premisliensi officio cui se et actus presentis respectu cum successoribus bonisque omnibus ultro incorporant semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere inscriptionique eidem et omnibus eius contentis satisfacere cum suis successoribus tenebuntur tunc quod opus fuit Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nullis modis viis colloribus Molionibus appellationibus earumque pro adcitationes prosequutionibus Evasionibus prescriptionibus suspensionibus poenis tertium marcarum dillationibus ad quietationem statutisque et constitutionibus laudat et laudavit differentes prolongavit atque excipiens immo se cum successoribus omnibus iuris remediis uti renunciavit et abdicavit sue et suorum successorum sub amissione totius causae vigilatione vadii prefati quo soluto utique inscriptionem presenti omnibus eius contentis satisfacere unus alteri tenebitur et eorum successores tenebuntur Nulla terrestri prescriptione in premissis obstante Quod mihi firmatum est.

Thurzanski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Andrey Sienkowicz Thurzanski Recedens a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti renun-

ciavit sive vero presenti iurisdictioni secum successoribus bonisque suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorporavit et subiecit sanus mente et corpore exstans pacem palam ac per expressum recognovit Quia ipse vigore iuris sui quesiti ab inscriptione terrestri premisliensi obligatoria per nobilem Johannem Lilo Thurzanski primum nobili Iwanko Thurzanski dicto Vrzyn super summam Quadraginta florenorum pecunie monete et numeri polonice coram iudicio et actis terrestribus Premisliensibus factum et recognitum in qua summa ipse Johannes Lilo eidem Iwanko Thurzanski Cmethonem suum Laboriosum Wasko Lylowicz fratresque eiusdem Wasko germanos in medietate Areae in villa Thurza sitae residentes obligaverat de qua tandem inscriptione idem Iwanko Turzanski eidem Andrey Sienkowicz Thurzanski coram iudicio seu officio quocunque cessit condescendit et actis quibuscunque inscripsit perpetuis temporibus recedit Eundemque Johannem Thurzanski et eius successores de summa prenominata Quadraginta florenorum pecunie monete et numeri polonice in originali inscriptione contentis ab omni modo ac sufficientem per ipsum sibi pro premissis satisfactionem prestitam vigore prenominati iuris sui transfusorii quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat temporibus eiusdem Necnon inscriptionem ipsam tam originalem quam condescensoriam super summam prenominata Quadraginta florenorum pecunie servientem cum omnibus earundem conditionibus punctis clausulis et articulis cassata annihilat mortificat obliterat perpetue De bonisque predictis eisdem inscriptionibus onerat eam ex nunc ad Johannem Thurzanski et eius posteros cedit et condescendit sibi et suis posteris ratione premissorum eiusdem imponens silentium puti